



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 9. Pugna ad Fonteniacum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

anno integro obtinuit, quo temporis spa- Sæculum IX.  
tio aliquot Clericos ordinavit; deinde A. C. 842.  
autem Rege Carolo restauratis viribus  
Belgium repetente Remis ultimo vale-  
dicere coactus ad Lotharium Imperato-  
rem confugit.

Exinde Ebbo ad Sedem suam unquam  
redeundi spe abjecta recepit Cathedram  
Episcopalem Hildesheimensem in Saxo-  
nia, sibi a Ludovico Rege concessam, E-  
piscopis & Papa consentientibus, ibique  
usque ad annum octingentesimum quin-  
quagesimum primum, quo obiit, mune-  
re Episcopali functus est. Ad conver-  
sionem Paganorum incumbebat, & saepe  
S. Anscharium Archiepiscopum Hambur-  
gensem in suis ærumnis, quibus in Mis-  
sione Suecica premebat, excitabat &  
confirmabat.

### §. IX.

#### *Pugna ad Fonteniacum.*

Ludovicus Rex ab Imperatore parente *Nithard. lib.*  
suo in ultima divisione sola Bavaria *2. in fin.*  
contentus esse jussus, copiis suis Caroli  
vires contra Lotharium auxit, & hosti-  
libus fratrum agminibus ad Antissiodo-  
rensem Civitatem sub finem Junii anno  
octingentesimo quadragesimo primo in  
conspectu stantibus Ludovicus & Caro-  
lus varias pacis conditiones Lothario  
obtulerunt; quas cum omnes rejiceret,  
tandem

Sæculum IX. tandem in Festo S. Joannis denuncian  
A. C. 842. jubent, nisi eas reciperet, altera luceho

ra secunda ambos ad Dei Judicium (id  
est ad armorum discriminem) provocatu  
ros. Ergo illa die, Sabbato, vigesima  
quinta Junii prope Fonteniacum pugna  
tur, & Lotharii copiæ penitus profigan

*Lib. 3. init.* tur. Duo Reges in ipso victoriae cam  
po deliberarunt an fugientium ex acie  
tergis instarent, statueruntque, fratribus  
& populo Christiano parcere, cum spe  
rarent, Deo suæ causæ manifeste favente,  
& accepta clade, Lotharium justa suaden  
tibus aures daturum.

Diem Dominicam celebrarunt in eo  
dem loco, & Missa finita cæsos in acie  
amicos hostesve sepelire & saucios cu  
rare cœperunt. Miserunt quoque qui  
fugientibus Regum nomine veniam of  
ferrent, si bona fide ad officium redire  
vellent. Reges postea populusque Epis  
copos consulunt, quid sibi faciendum,  
tot Christianorum necem dolentibus.  
Tum Episcopi, qui exercitus secuti fue  
rant, conveniunt, & omnibus pensatis  
pronunciant, solius Justitiae amore pu  
gnatum fuisse, quod Divini Oraculi ju  
dicium declarasset. Itaque illos omnes,  
qui aliquid ad hoc bellum vel consilio  
vel opera contulissent, innoxios esse, quod  
eorum ministerio Deus ad voluntatem  
suam implendam usus fuisset. Quem  
libet

libet vero, cui conscientia objiceret, quod Sæculum IX.  
iracundia, odio, ambitione aut aliquo a- A.C. 842.  
lio pravo affectu rem egisset, oportere  
secreto confiteri, ut pro gravitate pecca-  
ti sui a Sacerdote judicaretur. Jejunium  
vero universale triduanum indixerunt,  
tum ut peccata sua voluntaria vel sub-  
reptitia, aut fratum suorum occisorum  
expiarent, tum ut Divinum auxilium in  
futurum etiam tempus sibi pararent. Hoc  
jejunium lubenti animo servatum ab  
omnibus.

### §. X.

#### S. Aldricus pulsus & restitutus.

Inter alias turbas, quæ Ludovici pii obi-  
Gest. S.  
tum secutæ sunt, eodem anno octin- Aldr. c. 52.  
gentesimo quadragesimo feditio contra 57. tom. 3.  
Regem Carolum in Provincia Cenoma- Baluz. p.  
nensi, ad ipsius Ditionem pertinente, 140. 145.  
commota recensetur. Aldrico Episcopo  
Cenomanensi semper Carolo Regi, cuius  
juventutem ne unquam destitueret a  
Ludovico parente ipsius rogatus fuerat,  
fidem servante, Sigismundus Abbas ad  
S. Calasium rebellibus junctus est, ut  
sententiae a Ludovico Imperatore ante  
biennium latæ, qua istud Monasterium E-  
piscopi Jurisdictioni subjiciebatur, effe-  
ctum eluderet. Ausi sunt rebelles ab Al-  
drico postulare, ut sibi fidem juraret,  
promittentes, se ea conditione ipsius Di-  
gnita-